



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XII De spe non ponenda in homine.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB.

quisquis peccatū amat futuram gloriam nō sperat.
Ille enim fiducialiter expectat, qui eius mandata fi-
deliter seruat.

Quod illis tantūmodo proficit spes, qui
ab actione prava quiescunt. Cap. XI.

Ifido. **Q**ui male agere non desistūt vanaspe indul-
gentiam de dei pietate requirunt, quam re-
cte quærerent si ab actione prava cessarēt.
Metuēdum valde est ut neq; per spem veniæ quam
promittit deus perseueranter peccem⁹, neq; quia iu-
ste peccata distingit, veniā desperemus, sed virūq;
periculum euitemus, & à malo declinem⁹, & de pie-
tate dei veniam speremus. Omnis quippe iustus spe
& formidine nitet, quia nunc illum ad gaudiū spes
erigit, nunc formidinē terror gehennæ addicit.

Despē non ponēda in homine. Ca. XII.

Aug. **S**Pe eñi (vt ait apostolus) salui facti sumus. Non
Ro. 8. **S**enim est spes ponenda in homine, quia maledi-
tere, 17. catus omnis (sicut diuina testantur eloquia) qui
spem suam ponit in homine. Ac per hoc, & in seipso
qui spem suam ponit, huius maledictionis vinculo
innectitur. Ideo non nisi à domino deo petere debe-
mus, quicquid speramus vel bene operaturos, vel p
bonis operibus adepturos. Ponamus igitur spem in
domino, instruente David, dicente: Mihi autem ad-
Psal. 72. **h**herere deo bonum est, ponere in domino deo spem
Psal. 61. **m**eam. Et iterum: Spes mea in deo est.